





Poema in laudem Nicolai V Pontificis Maximi, et quaedam carmina minora


<https://hdl.handle.net/1874/339012>



22

Ms. 826





Sabell: hist: Ven: lib: 27.

His minis bellorum intra extraque Italiam immi-
nentium, Nicolaus pontifex motus, omne studebat
res Italiae, quantum in se erat, componere: quia
domestica coniuratione fene oppressus est. Ste-
phanus Porcarius sine Portulis nobilitate magis
quam diuitijs potens, eximiaque eloquentia qua-
ditus: iam ante ob ingenij altitudinem coeperat
pontifici esse suspectus. Ne quid igitur per occa-
sionem domi molire posset, publici muneris spe
in Germaniam fuerat antea ablegatus: vnde
reversus, Bononiae esse iussus est: ea vero con-
ditione, ut quotidie ad Niceni antisilii conspe-
ctum, qui urbi legati nomine praerat, ventiret.
Iste novarum rerum cupidus per fidos nuntios
sive potius obscuris ambagibus literarum, aliquot
facinorosos Rom. sanguinis ad atroa facinus
perpulit: ut ad certum diem coniurationis
socij Romae adessent, facto repente in pontifice
& collegium impetu, inter ipsa sacerdotum
solemnia opprimerent: oppressis Pop. Romani
ad libertatem vocarent. Simulata igitur
corporis aegritudine quae languere cepisset, in
publico non exibat. Interea vero factus certior
era iam Rome a conspiratis comparata, ipse ar-
recto equo magnis itineribus Romam contendit
sed eius profectio non diu Nicenum latuit, ratus
itaque quod erat, expeditissimis nuntijs alijs super
alios pontifici significat Pontivm se in scio Bonon.
profectum. Ille longo perurgilio fessus, qui alio
quantum quiescisset, centum tabularijs dedit ad-
litteras mature perverendas. Nam ita sane accidit
ut ea nocte quae diem ad eruptionem constitutam
praecessit, litterae pontifici sint reddito: quae
statim ad eum opprimendum animum adiecit.
Jacobo Lauanolo urbis Romae senatori et alijs
plebique negotium est datum. Hi cum ingenti
homin:



hominum manu in Stechani aedes impetum fecisset.
statim ille turbatus in sororis aedes occulto transf-
ijt: relicto demi Bar. Sara cum armatis quos
ad scelus perpetrandum contraxerat. Illo vero
ut erat ferrox animo, ac manu promptus: ubi
se ferro flammisque circumortum didit, facta
cum paucis eruptione per armatorum cuneos sibi
ferro viam fecit. Coniurationis author apud sora-
rem repositus ad supplicium tractus est.
hac narratione continetur argumentum huius poc-
matis, cuius quoque rei meminit Platina in vita Nic-
v. pontif. et ex eo Beuterus in Ephemer. Histo: p. 17.

a Alexander ille macedo summus imperator regni
 fines dicitur fatigasse. nequis ipsum alius
 pingeret q̄ apelles. pyrgotiles sculperet Lysip
 pus duceret ex acre. qui ea tempestate claris
 simi plurimis imaginibus extiterunt: uereba
 tur enim ille ne uili quodam exemplo eius
 memoria abolesceret: cum satis sibi nunq̄ lau
 dari posse uideretur: et maiorem quereret
 gloriam splendore artificis: Vereor ne sumi
 pontificis aures offenderim. qui fulgorem sue
 maiestatis attingere ausus sim: cum iux illa in
 genia quorum prestantia laudes maiores
 efficiuntur digna satis esse iudicantur: Nihil
 enim tam altum. nihil tam spectate uirtutis
 quod sumi pontificis meritum possit equare:
 Verum otiosus pudoris fines uolui preterire: et ex
 arenti ingenio uersiculos cydere: quos ad te desti
 nare decreui. ut illos tuo iudicio damnares.
 ex parte saltem uel honestiores redderes: Tantū
 etenim tibi lumen eloquentie ac lrarum doctri
 na refulget. ut natus ille tuus ex tuo fonte li
 quores habundae potuerit haurire: Ego uero

Alexander.

 apelles.
 pyrgotiles
 Lysippus.

is lam ut cum me mea minime delectent. alios
fastidire non dubitem: uerum qui uetustis no
uitatem: nouis auctoritatem: obsoletis nitorem.
obscuris lucem. fastiditis gratiam dare consuevit:
ignorationi quoq; mee poterit indulgere. si quis
uirtutem felicitatem ac sapientiam pontificis
digna existimatione pensauerit: profecto nullius
antiquitatis memoriam sibi fatebitur comparari
Quis enim non miretur sanctitatem clementiam
iustitiam pietatem ac mentis magnitudinem
que tanta sunt ut q; multa fieri non posse pri
usq; sint facta credamus. Tu igitur meas in ep
tias legere non graueris acq; ea mente. ut re
plane legisse intelligam. Val.

n vlla tuis possunt preferri tempora praesul.
 Redditur humanis gloria si meritis:
 Quando magis licuit fructus sperare laborum.
 Vel potuit uirtus laudis habere magis.
 Sorte tua infecte cesserunt saecula uitae
 Ferrea: iam redeunt aurea sorte tua.
 Instituit cum te patrem pia cura torantis
 Consultum uoluit temporis esse malis:
 Reddita tunc roma est tuo felicior illo:
 Quo nimium superis uisa superba fuit:
 Exiit implicitae dudum uestigia fraudis
 Et sumpsit mores praesulis illa noui.
 Non cupis ut libeat: si quod fecisse licebit:
 Iudicium pateris omnibus esse tui:
 Virtutem ante omnes posuit tua uita labores:
 Qua nihil in terris sanctius esse potest:
 Luxuriae morbo nullum uiolata per eum
 Casta iuuentuti fortia frena dedit:
 Virtuti indulges: nec munere uinceris ullo:
 Quod solet in rara praesulis esse domo:
 Gratia cuius tua est: dignis tua munera tantum.
 Supplicibus meritis nulla negare soles:

Ad uocum quiuis totus tibi militet ether:
Laudibus in primis gloria pacis erit:
Pax et amor deus est: nec nominis in memor huius
Esse soles: pondus qui pater orbis habes:
Hec tantum humanos, cælumq; et sidera fulcat:
Et facit in patria uiuere queng; sua:
Hec tibi templa dabit cumulata uaporibus, æque
Otia mortales cõmeminisse iuuat:
Viue tibi miles: prestant hec tempora pacem.
Prelia ne timeas: uiue colone tibi:
Ciuiuca belligeri mutentur in otia morel:
Perpetuam pacem plausus ubiq; sonet:
Haud finis armorum census haurire furores:
Consulis humanis utiliore uia:
Et modo desertos, ruituraq; templa penates,
Res modo moliris moenia quanta nouas:
Termarum tractus licet et radiata colossi
Culmina, conspicuum fama loquatur opus:
Pyramidum quauis molem sua substituit ecas:
Et sua manserolum: uel babylona ferat:
Quanta tuis quae nunc surgunt ad sidera rebul:
Nulla uetustati gloria tanta fuit.

Terme.
Colossus.
pyramides
manserol.
Babilon.

Cernimus ingenti molica palatia sumptu
 Hic ubi curarum pondere lapsus adel *Mare maioris*
 Acq; ubi curuata fulget testudinis orbis *Mare rotunde*
 Sacra ferunt matri templa fuisse deum:
 Candida marmores torquebant tecta colūne
 Imbribus et longo que maduere situ:
 Alta quatit ruere cepere cacumina dextra
 Nitua lapsurum restituisse opus:
 Plumbea surgebant nunc poene argentea seculo
 Si magis conueniunt aurea tecta tuo:
 Nunc spectare uiuat munitam turribus arcem *castrū s̄ ang.*
 Ipsa licet nostras fulminet usq; domos:
 Tibridis hinc ripa est. et circulus undiq; claudit
 Durum opus hoc urbis anxia frena tenet:
 Intrepidus transi pontem fluctusq; ruentes *pons emilius*
 Desuper et fractas cerne uiator aquas:
 Mollius huic dudum ponti nūc firmitus extat
 Nomen equo tutus seu pede carpe uiam:
 Ultima perpetuo domus est tua proxima templo *palatium s̄ pet.*
 Quo nullam latius clarius extat opus:
 Conspicuos ubi nunc postes et marmora cerne
 Sola erat in tanto poene ruina loco:

Sideream Lustrasse suis fulgoribus edem
Diceris: eternum seruet ut illa decus:
Vel quia diuinum recipit domus ista parentem
Vel quia celesti semper amata deo est:
Atria nunc auges et cingere turribus aucta
Niteris ut fiat tutior illa domus:
Quae nunc herculeis fulget uirtutibus aula:
Maxima pars olim deficientis erat:
Tu pater in medio. tecum pia cura superni:
Nexaq; cum uera religione fides:
Iura fouet pietas: et uertis in omnia mentem:
Iustitiae princeps et pietatis ades:
Nulla hic luxuries damnosa et stulta ministris
Ocia. si ueri plena timore dei.
Delitiae studium sacrorum. et cura pudoris:
Ante deum uitam ponere queng; doces:
Hunc pia libertas. et erit te presule nobis:
Cum uerus patriae diceris esse pater:

Finit.

Porcariā incipit.

i. NSIDIAS Patriae qui serixit et arma parenti
 Ipse parens refer: et sceleri si roma nefando
 Annuerit: tenues nam si fragor impulit auras
 Romuleos iterum formidat curia raptus:
 Tu potes obscuris fulgorem, et lumina coecis
 Incertisq; fidem, leuibus dare pondera rebus:
 Tu mea multa pater uirtus, mihi numen, et aura,
 Ingeniisq; calor: nostro qui tempore solus
 Vatibus extinctas refoues in carmina uires:
 Haec mihi uix primū series peruenit ad aures.
 Ut Laqueo affectos uitam finire maritum:
 Germanum soror et natum: mortemq; nefandam
 Audit: acq; omnis cecidit fiducia uitae:
 Inclausit lacrimas oculis: et corpore toto
 Scermitur: exangues uix spiritus errat in artus:
 cop. Illa uelut gredium suprema in busta cadauer
 Membra tenet resupina solo: puluisq; per om
 Spargitur: inq; humeros fusi cecidere capilli:
 Quam simulac trepidae uidere per atria natae:
 Actutum accurrunt: aeternae i brachia mrem
 Suscipiunt: tenuemq; animam per mitua querut

Obscula: ut extremas ualeant succurrere Luci.
Ut gelidis uixet membris, et anhelitus ori:
Redditus, acq; oculis lux intereisa refulsit.
Aspexit coelum, ruperiq; in uerba dolorem:
Heu nimium infelix genetrix, et nupta sororq;
Quod crudele tuens, natum, fratremq; maritum
Supplicio afflicto, fati cecidisse sinistra:
Quos ego nunc gemitus, que iam lamenta dolendo
Ordiam, anne uirum nato, fratrem ne marito
Ante feram lacrimis: pietas simul aspicit omnes.
Omnibus unus amor: te te qui causa malorum:
Fratres, et ingenti nos implicuisse ruine.
Heu nimium tibi fidus eras: quae dira libido:
Quis ue animum deus in facinus, menteq; resolut
Miliciamq; truce, et uetitos sperare triumphos:
Quod decus, aut quantum secleris tibi gloria laudis
Haec potuit conferre: licet fortuna, labori
Fauerit: et diro spirarint numina uoto:
Romanis decor unus eras, quibus obruta uirtus
Fulsit: et externe per te fuit emula laudi:
Non ne satis fama celebris: nulliq; secunda
Laudibus aucta tuis domus illustrata triumphis

portia. diuinos tulerit licet ipa catones. catones
 Seruatio qui te quam uetere potiri.
 Non tamen humano scelerare in sanguine dextris
 Exemplo docuere suo: nec mergere ciues.
 Nunc inhonora domus: patris illatura perenne
 Dedecus et tristis eterna in secula luctus.
 Non solis radios in te spectare cadentis
 Faserit. aut lunam tenuem nec sideris ethram
 Vmbrarum sedes et nigrae mortis imago.
 Consilium insulsum cum libertatis ad urbem
 Sic te traxit amor, lueres ut crimina tantu.
 Ah quanto melius gelida tibi ferre sub artho.
 Exilium grauius uel honeste occumbere morti.
 Ad te nunc Lacrimas coniu x miserande: reuoluo:
 Cui requiem, et somnos, acq; his in finibus qui
 Otia defesse licuit sperare senectae.
 Vn animi in facitius tantum furor ipius hausit.
 Iam manus imbellis, senioq; refrixerat ardor.
 Te noctu amplectens potui sentire quid esset.
 An superum instinctu munduq; regentibus astris
 Credideras impune tibi tam foena licere
 In scelera et patres iam cospirare uerendos.

Quis te autem sinat imperio, sceptrisq; potiri,
Te penet orbis eat: nutu tibi militet ether
Mitior, equatus iam iam prope sidera regnes:
Quid poteras optasse magis: tibi larga facultas
Ampla domus, meritis et nati et munera & aurum
Quanta ualet cuiusq; animus sperare modesti:
Imo ego te quando fratri malefana timebam
Exposui fatali: ego te furibunda coegi
Occuluisse nefas: precibus lacrimisq; reflexi,
Sperem minus: frēm et facinus ne prodert uelles.
Plus eryphila nocui temeraria fraude
Imperis inhians excellere cultibus illa

eryphila.

Traxit apollineum latitantem in lumina uatem. ^{amphimani.}

Hoc offerre nefas casus ignara futuri.

Te uetui coniūx: maioraq; uiribus aula

Speravi titulis omnes anteire Latinas:

Successus reor oblatis quos improbus urget

penituisse deos: nam si mala sidera culpae

Inclinant animos fuerat tolerabile factum:

o. nate infelix, qua te sub nocte futurum

Exitio patriae concepi exausta fuisset:

Dum furis uerum ueneris saturata repleri

7
Importuna thoro cum primum enixa iugali
Thesiphone ostetrix partus et alumna maligni
Affuit illa suo produxit pignora uoto.
Tunc etiam teneris tantum scelus ausus ab amnis
Quem patri comitem misero dedit exitus idem:
Nun potui medium prima te elidere uita:
Visceribus ruptis uel abortum effundere partu.
Ah saltem poteras dignus pietate uideri:
Ni tentasset atrox romanum iniuria patrem:
Imo ego non ausim tanti consortia loeti
Rumpere: uos potius comes expectat per umbras
Insequar. o misere tantos abolere dolores
Da mihi morte pater simul et requiesceri i urna.
Quin uiue ut merita es tenebrosa i tempora luctu
Sit tibi uita super qualis penceya mater.
Cum caput auulsum cum brachia trunca uideret
Sanguineq; aspersos nati crudeliter artus:
Aut ubi cum pelagus uolitare ad littora corpus
prospiceret polidori animamq; hauriret i undis
Orba parentis flentem et lacrimantia soluet ora
In rabiem longis feriens latratibus auras:
Sic effata silet uocem clausere dolores:

Thesiphone.

polidorus

Tum meritis grauis et pietate insignis aletes
 Condolet afflictat. egi. domus omnis inuadet
 Lucibus amissis tandem pia uerba resoluunt
 Eternum primum ecenim mortalibus ex quo
 Fulsit humus. nulli est hominum fortuna secunda.
 Diuitias liuor uirtutem offendit egestas
 Ardua successus raro complectitur ausa
 Nil solidum est orbi bellis insignior ille
 Iustitiae si laude minor per singula queq;
 Nobilitat uirtus: felix qui protinus omnes
 Composuit mores in religionis amore:
 Tu tantum humanos casus. et fata recente
 Fortunaeq; uices fallacis ad ethera dudum
 Te tulit una dies. et te simul ira reduxit.
 Desine germani lacrimis incendere manes:
 Ille dedit mitis penas. non aspera passus
 Supplicia: at pondus tantum deformis pepedit:
 Cum licuit totum membris diuellere corpus.
 Et rapere solo. et canibus dare uiscera leuis.
 Eternumq; uiri nomen clamare per orbem:
 Non ne satis totiens fuerat uiolasse quietem
 Urbis. et insano populum miscere tumultu

8
Exulis hi mores: haec est pia causa modesti
In patriam reditus: ut acerbo funere mergat
Pontificem: et patres urbemq; a stirpe reuellat.
Totq; aëas loeto afficiat: dare cuncta ruinae.
Incestare sacrum: facibus pia templa laboret.
In praedamq; domos: conspergere cadibus aras:
Et ferro et flammis coelum resedere tandem:
Vos igitur monitus tenerum quos nulla p̄ eum
Cura mouet: misera confecti in sorte parentis
Dilicite: ut eternum sint haec monimenta futuris:
Felicis illi quorum laudata per artes
Vita rudis: simul et fragiles contemnere fastos:
Imperium et pompam: et sceptrum exitalia possunt:
Dixerat: et diri geminantur ad ethera plantae:
Ad manes illi pariter per inania tracti
Defiliunt: raptae quid enim uelocius umbris:
Per loca peregrinae steterunt: acheruntis ad undas:
Vergebat tenuel animas per flumina charon. charon.
Cum procul hostygia fatuus speculatus ab unda:
Dic age qui te agitent miles romane furoribus:
Quae scelera et casus: superiq; in luminis usu
Edideris delicta: nitent tibi purpura et aurum

Charon.

Militieq; decus, s; luuida colla rudenti
Nq;uis: et elisum iugulum declinat in armos:
Indignatus eques: quauis haec litora serues
Dire charon: culpas hominū, uel crimina certe
Non tibi nosse datur: s;ntel nec uoluere penis:
Remigio tantum, et uelās impelle carinam,
Trāsuectare animas: sursum cur tollere cessas
Romanos, ille ad ripam conuertere puppim
Nicitur: acq; omnes secum tulit improbus umbras:
Vltimus exerceat latitant post terga carinae
Stat generat affixus lateri per mania pendens,
Nunc pedibus luccans, manibus nūc transtra fatigat,
Nunc capit ore ritem: donec manus utraq; laxa est.
Decidit infelix: sonitum dedit ictus in undis.
Stridenti uirides uocem uocem clausere liquores:
Ille diu quatiens per rupta fluentia lacertos,
In caput inq; humeros uersim resupinus abundis
p recipitatur aquis uamosq; rotatur in orbis,
Vorticibus raptus, fluminq; in tartara merlus,
Nunc sursum nunc infra agitur: nē brachia uersans
Voluitur nullis scopulis nunc restat et undis.
Illum inter cumulos flammatarum, et sulphuris auras

Ceruleis stringunt circum fera pectora nodis
Orbibus implicitis glomerantur in ora cerastis:

comp: *f*

Non sic ramifere circum sua robora vitel
Aut hedere inserpunt nodosae brachia quercus:
Sic iacet eternum rapidis ludibria uentis:

Natus ad haec trepidus conuerit lumina solus.

Pectora nunc quassans nunc crudus i ora supbit
Vnguibus in superos uoces nunc asperat ira:
Luentes oculos tandem manus impia uulsi:
Proiecit lucem in fluiuium mox dira profatur:

Dum quibus iratis egi mala tempora uitae.

Tartarei manes et tu lucina parenti
Quae miseris partus in tempesta dediti:
Eumenides omnisq; chorus lataeque tenebrae:
Inferorum operum cecum miserescite nati:

Lucina

O furor. o rabies rapti mala fata parentis
Vos saltem obsecror simili me affligite casu
Crudeles diui. misero per singula loctum
Impendunt mihi fata malum uel cerberus ossa
Contenat: et diri lanient mea membra colubri:
Heu dolor ante annos in honesta morte peregi
Lucis iter iugulo patri comes ipse pependi:

cerberus

Cur uetor infelix nigras comes ire per umbras.
Intercepit enim gressus per flumina casus.
Sic ferus obscuras diris ululatibus auras
perculit inuisa donec descendit abunda.
Illum flere uocat miles turbatus et ipse
Ingerit insuperos nouit mala fata diuis;
Heret. et his grauius penis meruisse fateatur.
Expositi ad ripam tendunt per opaca nepotem
Fallit iter cecum. imprudens per deuia callis
Incidit horrendum latrans ubi cerberus umbras
Deuorat. hic iuuenem quassit per colla colubris
In nodo arreptum pedibus simul implicat uncis.
Stat super incumbens. laceros rimatur artus
Viscera. et herentes circum precordia fibras.
Luxurians nunc huc nunc ora retorquet et illuc.
Nunc capita accollit. terro nunc latrat hyatu
Nunc furit. alternis lamiat nunc morsibus artus.
Immixtus sanie fauces interfluit ater
Sanguis. et argutis crepitant sub dentibus ossa.
Ille nefas sensit. longeq; remotior ipsum
Declinauit iter. solus per tartara precepit
Et lacrymans rapti. repetens nunc fata parentis.

cerberus

19
Nunc generi: cursu tantum festinat anhele
Donec ad inferni peruenit iudicis urnam:
Obuius huic primo pallens in limine morbus:
Et scelus: et rabies: facinus: furor: impetus amens
Seditio: et raptus: Lachrimans cum funere Luctus:
I reg: infidieq: et regni seua Libido:

Dura famel: cure insomnes: acq: egra senectus:
Tempestas: metus: et mortis triculenta uoluntas:

Tum prior huic mynos tibi cur uiolentus in ore *mynos*
Stat furor: et fracte rumpunt fera murmura uoces:

Fare tuos casus: scelerataq: tempora uite:

Nil furor hic umbris: nec uerba minantia prole:

Ille ad humum toruus deflectens lumina fatur:

Arbiter umbrarum mynos: male cuncta ministrat *mynos.*

Impetus: & finis tantum laudatur in actis:

Insidias totiens patriae: patribusq: parantem

Turbantemq: animos populoru: urbisq: quietem

Me pater exilio sanctus proscripsit honesto:

U unius et gra dedit: cuiem miseratus egenum:

Hac dignus pietate fui: dum pectus erynis *Erynis.*

Inflamauit atrox: regniq: cupidine cinxit:

Tunc ego mentis inops: furiali concitus ira:

Multa parans animo leges et foedera rupi
Exilijs & furtim latiam sum uectus ad urbem
In sensus patriae; dominoq; parentibus et dijs:
Delitui ad generum itaxi in mea uota nepotē:
Quos mea causa simul iugulis affecit utrosq;
Mox alios furto implicitos uel sanguine mecum
Ad mea tecta uoco iuuenes quibus omis edendi
Gloria: et eterno uitam consumere ludo:
Pollicitis duxi uarijs sermone furentes
Inflamaui animos non dissociabile cuiq;
In facinus idotum statui quonam usq; seremus
Exitiale iugum: clero seruire coactis
Continuo uitam in tenebris & temporum luctu
Deplorare licet: postrema per omnia ducti
Viuimus imperio: quorum producere pompas
Est amor: et spolijs culti dicantur et auro.
Viribus obnixis et nostro sanguine partis:
En haec barbaries: quando haec mutabitur etas
Non ne uiri sumus: quōdam romana propigo
Foelix prole sua: quae libertatis amore
Insignes animas pulchrae per uulnera morti
Expofuit: uitam statuens pro laude pacisci:

Quid totiens referam brutos detiosq; catones
Et furium et drusos insignes laude metellos:
Vos fabii uos coelites ego solus in urbe
Caesar et aspiciam dictator ab arce quirites:
Ipse ego iam dudum auratis uincire catenis
Aut ante ora deum sacrum mactare parentem
Constitui atq; omnes in predam uertere ciues:
Extirpare genus totas rescindere gentes:
Tunc ego uos meminisse uolo uictoria quando
Annuerit quantis opibus cumulabimur omes:
Non opus ardenti bello depellitur aura
Gens ignaua manus duras quibus asperat ensis:
Hos pecudes nobis ipsis nos esse leones
Credite lanigeras tondebit quisq; bidentes:
Pugnaces anime nobis et pectora molli
Non uiolanda manu nihil hic mortalibus ausu
Consilis sperate dabunt pia numina regnu:
Lectus ego augurio tantis datus auctor ab astris:
Si uiuat interdum nostrum meminisse maloru:
Cur dum fata parant felicia tempora nobis
Non uiuet et libeat tanto nos munere fungi:
Fulsit amica dies squalore et sanguine turpes

11
Brui
Deei
catones
Furuis
Deusi
Metelli
Fabii
coelites
Caesar.

Iam satis externae Luimus periuria gentis:
Magnanimos fortuna uiros illustrat et auget:
Et nos fama canet populos uulgata per omnes
Esse uiros iterum nostris sub legibus orbem
Impelli: et ueteres iam reddere posse triumphos.
Hannibal hic fiet hic Hector hic inclitus armis
Martius hic Pyrrus: Longos habitare penates
Tu poteris tibi Longus honor tibi finit egestas:
Diuitis polles quantas tulit ante Lucullus:
Huic ego iam scio quid. qualis lacura ministrat
Mater inornatis iam plurima dona puellis.
Pellexi iuuenes quos in mea uota reduxi:
Nil ualet heu uirtus pugnantis ardua fatis:
Sensit adesse dolos pater omnis et ardor et ausus
Cessit enim cinxere meos longa agmina ferro
Culta lares postq̄ nostris cecidere furores.
Delitui: mallet mediis rupisse per hostes
Cominus et pulcrum propenisse in uulnere mortem:
Speraui latebris: sceleri conferta uirorum
Robora dissiliunt agitat spes ultima uitae
Precipitatq; uiros clipeata per agmina quidam
Nunc dextra nunc ille humero nunc percussit hasta.

Hannibal.
Hector.
Martius.
Pyrrus.
Lucullus.

dy.

Nunc cubito ad terram multos prosternit. et enses
Sibilat. acq; aciem ferri uenientibus offert

Achilles.

Hostibus. hic magni nomen meruisset achilli
Tutata est fortuna uirum. fugitiuus et herens
Quando ego nil fidum aspexi. fractusq; ruina
In latebris clausus. iacui sub tecta sororis.

Tunc me confectum somno. curisq; satelles
Captiuum oppressit. nigra sub nocte reuinctu.
Aeriam ad tiburim miserum detrusit in arcem.
Et uigulo pendens solui pro crimine penas.
Nunc me sublimem uolitant per inania uenti.

Et soror ad superos lacrimans mihi funus acerbat.
Occupat hunc etiam uelox catilina loquentem.

catilina

Qui procul astabat mediis annexus in hasta
Cetibus. hunc letus se se superare fatetur.
Cominus ora ferens. equitq; illudere gaudet.

Qua dignum te laude feram. da tangere dextram
Qui patriam. et sanctos ausus uiolare penetes.

Tu quoq; fortis adhuc. sero licet ordine famam
Illustrem meruisse potes. mihi deniq; quondam
Effulsit dubio similis fortuna sub ictu.

Caesar

At caesar totis fortuna est uiribus usus

Successuq; meos ausus meliore sequutus.
 Magniloquax miles merito genus omne furoris
 In te ferre licet: quando furiatus in orbe.
 Cum patriam offendis, medijs te dissipet axis.
 Lam magis ausus eras: maior gloria: maius
 Supplicium expectes: omnes cumulent in unum
 Et uernides: liceat nobis requiescere: quando
 Concomitata tibi scelerum tormenta fatiges.
 Interea tytion laniare in uiscera uulcor.
 Et raptare nouem cesset per iugera corpus.
 Tantalus ad uotum fugientes hauriat undas.
 Sisyphon atra silex: isiona nulla fatigent
 Supplicia: et fontes laphitas sua pena relaxet.
 Cum totiens superis et uana et ficta loquutus.
 Falsa mitutatem foecis lanianda colubris
 Lingua dabit penas: ausus uiolare parentem
 Diripiere solo: lorisq; trahentibus artus
 Indiuersa citae raptent tua membra quadrigae:
 Incestare sacrum: longo execraberis euo
 Puluereus rapidis iactaberis undiq; uentis.
 Tum cato pectus adhuc perfusus sanguine fatur
 Ire uerende mynos: siqua est tibi cura catonum

Tytius.

Tantalus.

Sisyphos.

ision.

Laphitis

Cato.

Mynos.

Carnes

Hoc intende: uirum quo non iactantior alter

A d'supero iuxta uoueo qui portua finxit

Nomina de portu: tuncq; ascripsit honorem

Gentibus obscuris: unde hic scelerator extat:

Nun puduit claram prolem uirtutibus olim.

Vnde tot illustres fulsere ad sidera ciues.

Offendisse hominem et rigidos lusisse catores?

Catores.

Quid poterat uesane pium uolare parentem

Ausus es: acq; ipsum mactare in limine templi:

pro resule quo nostre libertas gratior urbi

Non fuit: aut maior uiguit pietatis imago:

Talia dum ferret: latum quo cinctus ad enssem

Imposuit dextram: miseri iugulumq; sinistra

Angit: et infrendens minima mi plebe fuisse

Inferior: pudeat scelerare in sanguine ferru

Et uili et tetto iam degenerare catonem.

Caro.

Tu tamen adde: mynos: ausus temeraria quido.

Mynos.

Irruat hic mersus tenebrosa in tartara precepit:

Annuit his iudex: penas mox fata sequuntur:

Interea uox est diuersa per agmina sursum

Conumatorum laqueo data corpora morti:

In penas scelerum: simul et pendere sub auras:

Undiq; feruet iter: speculisq; per aua longę
 Intenti nequeunt oculos satiare tuendo.
 Aetonięq; monent patres accendere natos:
 Et conferre uolunt casusq; exposcere cantos.
 Hic ait audaces animos et pectus et iram
 In patriam, et sacrum miles tulit iste parēton.
 Inuidit fortuna ausis ingentibus alcer
 Noxa mihi ante alios huius fecundia lingue:
 Et uirtus et uirtus melior cui pectore mens est.
 Iudiciumq; equitis nouit per singula mores:
 Nulli consilium minus aut prudentia fuit.
 Rara hominis uirtus: tantu super ardua pendens
 Ducebat nullo fluitantia pondere uerba.
 En patrię uindex: nroq; in tempore rursus
 Bruus adest: alii celo cecidere catones.
 S; cum tela manus poscunt: dum uulnora traccant:
 In facinusq; ardent animi: dum tempus agi rem.
 Delituisse iuuat tenebris: ut nocte satelles
 Captiuum trahat: et sceleris luat inde furorem.
 Excitat interdum uires timor omnia uirtus
 Audet et a nullo confunditur ardua casu.
 Foelix roma: nouus caesar delapsus ab aethris.

Bruus.
 Catones.

Roma
 Caesar.

Qui mare: qui terras populosq; et regna sub uno
 Cōferat imperio: et fama conterret orbem:
 Vnde uiros rerum dominos sua gloria coelo
 Equabit meritis: et tollet ad ethera uirtus:
 Quae male sanus erat: caecaq; cupidine captus:
 Quod non mille manus belli: tot fulmina et arma
 Tot populorum acies: tot longa in secula reges
 Totq; duces clari bello: nec terror ab oris
 Hannibal alpinis: potuere in moenia roma:
 Hic sibi iam suadet: quanto tulit omnia: faustu:
 Hunc auri scelerata litis: nimiusq; rapinae
 Incestabat amor: statuit natura beatos
 Esse uiros: si qua contenti sorte manerent:
 S; uitio impliciti: rabiq; libidinis amos
 Ante ipsos: teneras foetus truncamus in herbas
 Virtutum: ut flores nequeant producere fructus:
 Si memorem annales primaq; ab origine roma
 Ordiam: hanc primu fraterno sanguine tinxit
 Romulus: et rapuit uiolato foedere nuptas:
 Viximus ex raptis: nec diis nec legibus ullis:
 Quae libuit tantum fuerat romana potestas
 Regibus: hi solo ducebant singula uoto

Annibal.

primus status urbis

Romulus.

Tullia

rullia.

Filia non miseri carpentum in corpore patris
Et rubuit. largoque rocasagicare cruore;
Decurrere lares opibus regnoque potiri
Perfectus. heu factum peruenit ad usque; minores.

Secundus status urbs

En tibi prisca fides. Tenuit mox roma secundum
Consulis imperium quod stupro et sanguine parum est.
Qui primum se uas pro libertate secures

Brutus

Instituit. natum loeto noua bella mouentem
Implicuit brutus. patriae fuit una uoluptas
Fortunam stabilire et debellare tyrannos.
Floruit illa tamen multis uirtutibus etas.
Nosse modum iuris. Libertatemque tueri.
Bellorum studiis potuit tunc marca roma.
Digna fuit totum quae uiribus occupet orbem.
Non ciues auri rabies. nec dira libido
Imperii traxit. si fumam excendere coelo
Laudibus ac meritis. et duros ferre labores.

Fabritius.

Tunc rudis imposito uiuebat consul aratro.
Fabritius paruo contentus munera regum
Despexit. potius uoluit dominantibus auro
Iussa dare. et forti bellum decernere ferro.

Fabii
Catuli.

Hinc fabii ingentes catulique et fulmina martis

Scipiadae: quorum uirtutibus itala tellus
 Claruit. et rerum princeps mauortia roma
 Orbe triumphato sacrum caput intulit astris:
 Verum uana uiris pietas cultusq; deorum
 Illusit tulit externos ad sacra penates
 Aut dedit ipsa deos. numen sibi quisq; dicabat:
 Fingebatq; iouem. uenerem. martemq; minerva.
 Festiuare dapes. et odori pocula bachi
 Vertere nocturnas cyrulis agitare choreas.
 Debachari homines sanctum uiolare pudore:
 Religionis erat. donec pia cura superni
 Sanguine restituit deperdita secula nati.

Scipiade.

iup
 uenul
 mart.
 minerva

Consulibus exactae postq; cessere secures:
 Publica res urbis mox est effecta sub uno
 Imperio. hic omnes complectitur una potestas:
 Quis referat quantis latium quibus arserit armis
 Ausonia. utq; omnis bello flagrauerit orbis:
 Vulnera q; et strages romani sanguinis actas.
 Exitium quod roma tulit. comunia caesar
 Iura feroc in se. leges et pacta resoluit
 Solutus in arbitrium totum sibi contulit orbem:
 Mox alii atq; alii donec uoluentibus annis

Terminus urbi status

Caesar.

Res romana ruit: maculis deduxit amiles
Infernum uergens: tristici; accurua senectia
Decidit: et tenues paulatim effluxit i umbras:
Nil adeo insignis est: quod non exacta uetustas
Leserit: et Longi labels madefecerit cui:

Quartus urbis status.

Tum deserta pio tandem data roma parenti
Redditur imperii eccle. quod preda reliquit.
Hic pia Libertas maculis seruilibus euum
Abluir: et celo placuit romana propago:
Inde fides: et religio: sanctumq; piung:
Incestare nefas: igniq; adolere penates:
Et simulare deos: et inania numina credi:
Roma diu uario postq; sub presule uixit.
Diuersis agitata fuit per secula fatis.
Plurima nunc pollens: nunc sorte inuolutissima.
Nunc tremis: et stabili pedibus nunc robore firma est:
Ve solet atra dies comota per equora iactam
Disturbare ratem: uentis nunc obruta sursum
Nunc redit: interdum scopulis illiditur: et nunc
Fluctibus equatis stabilis persistit in undis.
Pontificum in terris quocumq; i tempore fulsit
Legibus ante alios status: et pietate p omnes.

16
Iuris honor ualuit: si nos meliore parente
Pontifices inter fruimur: miseratus ab alto
Quem pater ethereus contraria fata rependens
Ductus amore dedit: legum quo principe uirtus
Quo tranquilla quies fulget: quo paxq; piusq;
Iustitiaeq; decus: qualem nō pertulit etas
Nostra: nec antiquis potuit conferre uetustas
Nunc pudor et pietas: fructus sperare laborum
Nunc licet: et grati redeunt uirtutibus anni:
Nunc et religio: tu nos malus inquinat error
Ad superos ostendit iter per leuia sursum:
Heu nimis imentium uitis patefecimus equor:
Quando magis uiguit nobis clementia maior:
Nuper enim indoluit: ciues damnare rebelles:
Non odium si causa fuit: licuisset in omnem
Progeniem seuire: in pignora non tamen iram
Protulit: enixus maculas abolere pudendas,
Alloquio mitis genitor: non plurima questus
Solatur populum: Solum ne hoc ciuibus inquit
Deficiet: nec nostra suis clementia rebus:
Vidimus infractos cunctorum aiumq; fidemq;
In nos uirtutem merito laudamus: omnes:

Et patriæ et generis nunq̄ meminisse pigebit:
In uestris omnem gremis audentius urbem
Vel bello uel pace dâmus simul oscula cuiq̄:
Delibat gaudens patulisq̄ amplectitur ulnis:
Heu nos ingrati felicia tempora quando
Pensabunt lacrimis: leti reminiscimur qui
Cum redit infelix: Fluctus contemnit, et iras
Et quoris optata potitur cū pupis harena:
Cernimus icaliam regisq̄ ducisq̄ sub arma
Implicitam furis bellorum, et sortis acerbae:
Nos uero imunes belli, circūq̄: ruinis
Inclusi nulla tamen obsidione tenemur:
Foelicem tanto uitam sub principe tuti
Ducimus, et nulli rerum uiolata facultas
Fimbis aut agris pellit uis nulla colonos:
Num laribus miles ueteres detrudit auitis:
Quot pietate uiros patria uel honore carentes
Sustinet, a propriis laribus quos depulit ira
Principis, exhaustos opibus miseratus egenos,
Præmia q̄ impendit meritis, et præmia dignis,
Quanta uel ingratus uel qui tacet inuidus exorat:
Hei nimium inuisi superis felicibus annis

Vivere nescimus. miseros nec fore Superbi :
 possumus humano necdum mansuescere cultu :
 Quid totiens Strepitus et inania nomina rerum
 fingimus elati. facimus fundamine nullo
 Culmina. quid totiens totiensq; totiensq; uocamus
 Libertas. quid concilium. quid publica res est :
 Et quid roma ualet nobis ubi curia cessat :
 Illa mihi uisa est digno sub principe uera
 Libertas. felix nos cura tuebitur omnes
 Plebis in arbitrium dabitur cū hūma potestas :
 Fallitur heu nimium sancto sub presule quisquis
 Imperium. et mores longe indignatus abhorret :
 Ingrati quantos superis debemus honores.
 Cum dederint nulli dominum pietate secūdum :
 Cui nec prisca parem meritis. nec nrā tulerunt
 secula. nec similem poterunt prestare futura :
 Hic hic rector adest. qui maiestate uerendus
 Sanctorum insurgit. tantoq; in culmine rerum
 Iustior. et toto longe sublimior orbe
 Mitior exalta mortalia despicit aula :
 Sic ego. plura loqui nox circumfusa uetat nos 7

finit primus incipit Secundus

L.
apollo.

Thyphoeus

IQVERAT. interea candens aurora cubile
Coniugis. et radiis orbem lustrarat a pollo
Quisq; suas artes uariis operumq; labores
Prosequitur studiis turbant noua funera mentes
Implicitum sceleri secreta per auiam furto
Tendere quisq; fugam. tremula nec tutus ab aura
Nititur. acq; equitem longe execratur et odit.
Emissumq; atra rursus tellure thyphoeum.
Qui superos rueret et coelum rescindere ceret.
Quisq; refert. gemit ille suos liquisse penates
Hic patriam. et longa confectum grate parentem.
Plorantemq; alius gremio consortis alumnos.
Illum uexat amor. facinus formidat. et ardet
Coniugis amplexus. quis te noua nupta fouebit
Frigida cum lacrimis oculos tumefacta iacebis.
Quemetiam sceleris trepidant meminisse nefanda
Damnatiq; ausus. miseri si posse liceret
Penitus uolunt. lacrimas uocesq; profusi
Talibus errantes ferunt conquestibus auras:
Quis deus in fraudem. quae nos insania traxit
Attentare nefus. sacrum lacerare parentem:

Et uiolare sacrum populosq; in pace repostos
Vertere in arma simul ciuesq; agitare tumultu
Non puduit miseris: quid enim crudelius usq;
Prospexit cellis: monstrumq; infame per orbem.
Ora uirum uiuos nos et post fata loquentur:
Nec minus actonita quam timor abicit in urbe.
Flebilis auditur questus: gemit illa maritum
Germaniq; soror profugum dolet altera natum.
Quisq; suam meret sortem dolor undiq; laxat
Fletibus ora piis: triplici tum funere mesta
Magna parens equisstantem dolor ultimus angit
Canitiem euellens: ceruq; illisa furentis
More ruit: lacerosq; super procumbit amictu
Lumina nunc palmis nunc unguibus ora lacessit.
Nunc resupina solo: nunc prona exasperat iras:
Crudelis diuos crudelia sidera clamans.
Dira manus ambas nudosq; elisa Lacertos
Concutit: acq; animam paulum miseranda resument
Iam conata loqui: misere dolor anxius ora
Occupat exangues areseunt luctibus artus.
Quis poterat lacrimis non indulgere cadentem
Examinem quando conuexo in lumine matrem.

Singultu medias intercidente querelas
Viderat: et nati fleret scelus orba senectus:
Funeraq; et tales absolueret ore dolores:
Obuius hos ne mihi Lufus haec gaudia matri
Nate referis tandem: fesse post longa senectae
Exilia haec ne quies: quotiens noctesq; diesq;
Errores deflens: ne quis tibi casus obesset
Vota dedi superis: cumulatof thuris odores
Sepe tuli ante aras exoratura tonantem:
En celi pietas: sic te uidet anxia mater:
Qui nunc fulgor eras: populis: spectacula pendes:
Heu quotiens patriae luctus: et bella parenti
Nate minabaris: populumq; inuoluere preda:
Nunc ego preda feror: misere ne haec munera matri
Hec mihi dona referis: et regna et premia sunt hec
Quae mihi pollicitus cum blandus ad oscula dudum
Fouesti argentes: lacrimis gaudentibus artus:
Speraui requiem: ueterisq; iniuria facti
Iam poterat desisse: dedit noua causa malorum
Supplicia afflictas: longe grauiora senectae:
Heu dolor: heu lacrimas: extremo in funere nullus
Inferias ue ausit: tenui producere pompa:

19
Sic ne ille exilio quondam miserabilis ad me
Expectatus ades: sic me complexibus ambis:
Languentemq; tenes: quor fata infausta sequuntur
Exortem culpa: et tristem sine crimine uitam:
Hei mihi secretis scelus oculiuisse latebris
Cura fuit misere: sic ire ad sidera rebar
Sorte tua partis olim decoranda triumphis:
Heu heu nate decus dudum et noua gloria matri:
Nunc dolor et lacrimae: populoq; urbiq; tuisq;
Dedecus eternum: quae non memorauerit etas
Tam crudele nefas: simul et damnauerit orbis:
Frondebit tellus: dum sidera fulciet athlas:
Dumq; auras ferient uolucres et squamea pontum:
Tantum scelorum romam memisse pudebit:
Dicebam infelix: per te mi nate meamq;
Canitiem obtestor: nros orbare penates
Ne properes: animis iam frena calentibus adde:
Sic te uerus amor pietas si uera teneret:
Non patriam insidiis diuum nec fraude parentem
Captares: patres abolere in pace repostos
Quid nisi triste malum: nimis o fera gloria regno
Ventosumq; decus tumidum te insistere suavit:

Quod melius teneris animam uagitibus olim
Indulisse tibi: sceleris dum nescia tanti
Mens fuit: acq; ecal poterat minuisse dolores
Non dum luce graues: et pubescentibus annis:
Iam iam parca quies populis: et funere uera
Libertas sancita tuo est: scelus omne recessit
Et furor: huic tantum miseræ fortuna superbit:
Quid moror amisi natum: nū tempus acerbus
Iam poterit tantos lacrimis lenire dolores
Plus mihi morte graues: totosq; ī luctibus annos
Exioret infelix annis glomerata senectus:
O dii si uestrum est: misereri et parcere uictis:
Aut si qua est pietas usq; mortalibus: auras
Etheris inuisas: tenuemq; includite lucem
Fugite qui ualuit tantos peperisse furores
Infelicem uterum: iustisq; exurite flammis:
Dum dolor exuperat uires: et lumina uitæ
Obuere affectat nigre spes anxia mortis:
Desinit in lacrimas: iterum furiata semles
Sanguine perfusus uultus: lamabat acutis
Vnguibus et terræ frontem concussa recumbit:
Nec minus horrendo diuersa in parte tumultu

Miscentur manes rapiunt genus furorum
Eumenides, rapiuntq; uirum, feriuntq; ruuntq;
Viscera collacerant, et aduncis unguibus acres
Misticos raptim exercent per membra labores:
Vnde duces bello clari, qui proxima seruant
Arua piis, dubio simul obstupere tumultu:
Quisq; ad tela ruens, que tum dabat impetus arma
Corrumpunt, tanq; uiuos fera bella fatigent:
Inq; acies, strepitus, incendia et arma, ruinas
Ante oculos uolitare putant, stupet inscia rerum
Turba ducum, ante alios qui primus in agmine prestat
Scipio, cui tantos dedit africa uicta triumphos,
Assurgens cubito intrepidus circumtulit hastam:
Cui tum nixus erat, nondum uetus exiit ira:
Acq; iterum insulcat, nostrae ferus hamibal urbi
Excidium referens populis, latioq; ruinam:
Aut pauli ante acies insignem querit at umbra:
Ibo animus contra, nunq; mihi gloria maior,
Vincere q; poenos, urbem patriamq; tueri.
Profiliens raptim gressus per opaca nocentum
Tartara tendit iter, passim circumspicit umbras
Pallentes heredi stygis noctisq; tenebras.

Scipio

Annibal.

paulus

Dirarum furias tantum crudescere cernit
Vnius in penas: stimulisq; agitare colubras:
Horrescitq; tuens: patriaene hac sorte rebelles
plectuntur miseri. dominisue infanda parentes
Heu tibi dire deis miles: me me indice saltem.
Debueras superum et patrie nō temnere curas:
Tum magis insultant furiae: magis urget anhelas
Ira deas. diro flectebat ab omine uultum

Scipio

Scipio. nam patriae pietatis imagine raptus
Tot scelerum penas longe indignatus abhorret
Tartareis postq; sacrum cepit extulit umbris:
Luminis et celi fruitur melioribus auris:
Ad tumulum rursus mortales induit artus:
Hic simul ossa noua clomerari in carne uideres.
Acq; ipsum liquida spirare in uoce cadauer:
Pallentesq; animam sensim uegetare per artus
Ceperat: et prisca fieri grauitate uerendus:
Ille sepulchrali respersus puluere pectus
Discutit in humeros. pallentiaq; ora genasq;
Decargit manibus. nigranti aspergine tinctos
Ventilat in pedes: meliore afflatus inaura
Se uidet. agnoscatq; homines: latiumq; locosq;

Tarpeiasq;

Tarpeiasq; procul quondam capitolia rupes:
 Hinc tuscum tibrim et carmentis menia uatis
 Fatidicae: que non cecinit noua casmata romae
 Vix pedibus super insistens pavidusq; tremulat
 Virgulti in morem donec uestigia pressit
 Fortius et robur gracilis natura recepit:
 Otior igne iouis rapidisq; citatior austris
 E micuit macies pallorq; recessit ab ore.
 Carpit iter ualidus tandem superastitit urbi.
 Miratur campos raro sterilescere cultu:
 Miratur niueas pecudes errare per agros.
 Porcorumq; greges patulosq; in cornua tauros.
 Et genus omne simul pecorum genus omne foras.
 Disiectas hinc inde domos ueterumq; labores
 Vndiq; collapsos turrita palatia quondam
 Hunc equata solo celsi radiata colossi.
 Culmina et ingentes qual ipse instruxerat edis
 Defecisse uidet simul et traxisse ruinas
 Tempia deum fractas hinc in astare colunas
 Iam spirare animas: uiuas iam reddere uoces
 A armoris hinc formas passim nisi fracta iaceret
 Membra uidet ueterumq; animatas pene figuras

Carmentis

Colossus

Ante triumphales titulos uirtutis honores:
Frustra minutatim correnda in calce parata
Ingemit. et longe uectos aliunde labores:
Progressus tandem media proficiscitur urbe
Collustrans hinc in oculis uariare figuras
Acq; habitus hominum cernit. paulumq; moratus
Haec secum. quae nam gens haec. tenus in gume uestes
Quae gerit et pedibus nimum gradiuntur acutis.
Villosq; comas umbrantur et ora galero
Horum ego iam meminisse quodam aceruisse furores
Barbaricos quando domum nū forte sinistra
Victores nris opibus potuntur et urbe
Effera gens nimum in luxu te roma subegit.
Quam totiens tantis prorexit ab hostibus ingens
Scipiadam uirtus. acies ubi martius ardor
Fulminis in morem totis excuierit oris
En hinc quis strepitus cursim aduentare togatus
Prospicio. uerbisq; loqui nutuq; Latinus
Hi num romulei proceres. haec martia nostrae
Militia est urbis. sanctus ne hic forte senatus.
Frondeutes hederas et postes ubi Laurus obumbat.
Hos uideo nimias agitare in iurgia uires.

scipiade

Iam satis hoc: rediit uirtus nostraeq; peracta est
 Spes longinqua uiuae: poteram requiescere saltem
 Tutus apud manes: aium quando irritus hausi
 Exuperare heribum. rursusq; ad fata reuerti:
 Indignatur ad huc externa a sede profectas
 Aspexisse uiros: urbis connubia fungi:
 Quae totiens reges iam dedignata maritos:
 Consciis hic solita ueterum uirtute minores
 Degenerasse dolet. uiresq; in sordibus omnes
 Effluxas Lacii: et tantum supresse ruinas:
 Laxus humi residens: auras captabat aperto
 Pectore. et afflicto flabat suspiria corde:
 Nec lacrimas tenuere oculi: salsaq; per artus
 Ore niuis guttae fluxere ardore liquate:
 Tantus ubiq; dolor. membrorum robora laxat:
 Suspiransq; graues erumpit ab ore querelas:
 O patria o tellus diuum domus alta quiriti
 Imperiosi uiris mundi regina subacti
 Terrarum generis omnis simul etheris alterix
 Quae genuisse deos potuisti: et lumine coelum
 Illustrare tuo. superisq; extendere laudes
 Iam deserta iaces: cecidit uigor ille quiritum

Virtutum princeps: nil heu nisi nomen et umbra
Restat: et antiquae tantum leuis urbis imago:
Hei ubi siderei proceres: en indica uirtus
Illa uirum: cecidit diuini seminis ardor:
Magnanimum heroum iam degenerauit origo:
Etherei antiqui clementior aura recessit:

comp.
Hæc urbis facies: Qualis cum frigore primo
Areadis saltus ubi iupiter horret ab astris
Laxat hians frondes: boreasq; excerpit honorem
Arboribus: si quando gelu pulsantur et imbri:
Vastities horret: folijs nemora alta caducis
Strata iacent: feruunt ramorum excelsa procellae
Undiq; procumbunt ruptis radicibus omni:
Sic rapidus flamas uoluat uulcanus ad auras
Tunc nemus omne flagrat: dilecta cubilia nimphæ.
Diffugiunt celeres: nullaq; in fronde uirescit
Lucus et exusti restant sine cortice trunci:
Heu nimium preceps: nimium furiosa uectitas
Accelerat: nimiumq; riuus matura sub euo:
Insignes rerum uires et singula ueris.
Ardua paulatim mundumq; exosa resoluit.
Iam iam carpit iter surgit qua parte superbum

Il lum. et admirans pontem fluctusq; ruentes,
 Turritamq; arcem. sumumq; ad sidera culmen.
 Conspicius inquit tantum haec equanda uetustis
 Moenia: si priamus tanto iam robore troiam
 M unisser: nullis uolassent uribus olim
 Vertissentq; solo humana pergama grai:
 Tum festinat iter: multos celerare gerones
 Prospicit. et manibus ingentia uolucres saxa:
 Semiferis similes sacris: pars agminis illuc
 Conuectat silices. alta de rupe recusas:
 Pars tenit aduectas: operi pars miscet arenas.
 Beltrammum ante alios. qui calcibus illa nudis
 Tundit equi frustra manibus quem nixus et armo
 Vix tractam impellit. nutuq; et uoce lacessit
 Saxiferum uulgus. segnesq; in calce clientes:
 Ferte cici ferte exclamat. properate labores
 Turris. et ambitus murorum haec moenia quando
 Cingere constituit sumus pater. omnia tractu
 Urbis opus longo. Tantos beltrame paratus
 Aggredere intrepidus. durus labor ardua uincit:
 Omne quidem facile est animis audentibus altum:
 Tum. magis feruet opus. totos cyclopas ab ethna

priamus.

Beltrammus

Prospiceres ruere. magnum cum robore celum
 Debellare parant. ac montibus insuper alas
 Coniiciunt montes. et in ethera surgit olympus.
 Ingressus templum. ceteros hinc in columnas
 Miratur. tractusq; loci. et testudinis altae
 Fundamenta iaci. paulatim assurgere muros
 Gaudet. et hanc longe molem superare uetustas.
 pyramidum sileat celebris fastigia memphis
 Mausoleiq; labor. cedat babylonia moles
 Et quat marmoreis late suffulta columnis
 Tot simul ingentes. asie struxere labores
 Tempa solo truique penitus fundata palustri
 Dirigit inde pedes. ubi nunc domus alta monarce
 Tollitur. antiquis non concessura triumphis.
 In foribus timor insuperos sanctumq; pudorq;
 Iustitia et pietas opere associata frequenti
 pone fides sequitur. nullo uiolabilis ere
 Gratia stat simplex quam raro in presulis edes
 Esse reor. multos solet id iugulare potentes.
 Foelix qui nullo nimium sperauerit auro:
 Aulai in medio summoq; in culmine regnat
 Maiestas grauis imperio uultuq; uerendo

pyramides
 Memphis.
 Mausoleus
 Babilon.

Templum diane
 ephelie. totius asie
 uiribus constructum.

Timor.
 Sanctitas
 pudor.
 iustitia
 pietas.
 fides.
 Gratia

Maiestas

Iudicium sequitur secundo in pectore uerum
 Consilium gestans: uiridique adoperta colore
 Spes et amor grati longe in ore calibus ambo:
 Haec propter totum uirtusque temperat orbem.
 Candida religio sacrata in sede coruscans
 Ad superos ostendit iter: monstratque colendo
 Simplicitas hominum qua ui super euolet astris
 Gloria post longos et fama eterna labores
 Insequitur biuugoque super concordia curru
 Eminent et rerum seriem regit athica pallas:
 Plurima per muros hinc inde effulget imago:
 Haec post longa quies residentis secura sub alta
 Otia pace terit: meritisque rependit honores.

iudicium
 consiliū
 Spes
 Amor.
 Temperantia.
 Religio.
 Simplicitas
 Gloria.
 Fama.
 Concordia
 pallas
 Quies
 pax

Hinc studia ingenii antiquae laudis et artes
 Athica demonstrat. que sit natura quibusue
 Cursum errantes stellas represserit athlas.
 Quia trepidet tellus qua ui maria alta tumescat.
 Vnde animae inspirent homines uolucresque ferusque.
 Quae regio in terris cereris sit queque Lyco
 Gracior: aut saltem maiora armenta coronent.
 post aulal uergens penetranti in sede receptus.
 Lustrat aretinum crocea sub ueste iohannem.

Athica
 Athlas
 totis aretinus.

Scipiadē

Qui tum forte legens Leni sub uoce labores
Scipiadum magnis animos pensabat ab actis/
Romanosq; duces meritis super ethera uectos:

Scipidē

Ille autem ad nomen tacitas exorerat aures
Scipiadum: dum se se armis confringere poenos
Auidit. et hostiles iam debellare ceteruas
In medium tales prorumpit ad ethera uoces
Ille ego qui totiens armis uictoricibus olim

Annibalē

Spem patriae ante annos mediis in cedibus ardes
Pene auxi extinctam: cum se uisus inhorruit armis
Hannibal: et nostris undarent stragibus annes:
Inter tot furias bellorum primus ad onas
Produxi hostiles: ausus contemnere uires
Fortunae: fuit ingenti pro numine uirtus;
Et patrum studis animus mihi maior et ensis:
Eodemui lybiae populos: tot regna tot urbes
Sub iuga romanae posui ditionis: et orbem
Occiduum statui: cura est mihi credita frū;
Imperiumq; urbis: strueret cū bella philippus
Antheiciq; furor: totiens domuisse rebelles
Glorior: atq; asiae frū peperisse triumphos:

philippus.
Antheicus.

Unde tot inuidiae: Studium sine laude iuorum e
 polluere illustres: et rerum carpere famam:
 Quineciam cinerum nequid sibi roma meorum
 lactaret: manesq; meos tenuisse sepultos:
 Sponte tuli exilium: meritis haec gratia: postq;
 Restitui decus omne meis: ac pene ruentem
 Italiam: tantis tutatus ab hostibus armis:
 Laudibus his cesset quaecumq; est gloria gentis
 Externae: grauiumq; simul: licet emula uirtus
 Herculis ingentes olim simulauerit accus:
 Mille licet dederit iuns implacata labores
 Acq; humeris celum tulerit: spoliumpq; Leonis
 Lerneamq; datis facibus tremefecerit idnam:
 Illeumq; pholunq;: erimantiadumq; furorem
 Stymphalidasq;: arcu: uol si cumulene in unu
 Idra et salla et aper: triplicis gerionis et umbrae:
 Antheo uires tellus infundat: et ater
 Cerberus horrendis feriat latratibus auras:
 Omnia uix nros poterunt equare labores:
 Haud dextrae colus apta mee nec lidia coiuix
 Honorees humeros molli derisit amictu:

hercules.

ileus
pholus.

Gerion

Antheus

Cerberus

Non ego amazonidum traxi ferus arma puellae.
Vis mihi maior erat: nam me sublimis agebat
Gloria: cum totiens romanis arcibus hostes
A uerti: acq; omnis per me tulit orbis habenas:
Non dum bellorum studiis si iuribus impar
Quisq; fuit ductor: uitis a stirpe recisis
Ecceis florem duro exposuisse Labori
Cura fuit: nobis uicta cartagine uirgo.
Illustris delata: oculos licet illa nitentes
Gesserit: aut quales nimium laudata pelagis
Tyndaris ardenti domis cumulatam marito
Iussa dari: belli quamq; mihi iure liceret.
Non tamen usq; meum tetigit captiua cubile:
Exuperare animum: flamasq; libidinis acres
Laudis erat: diuini canter licet altus achillem
Graiorum uates et felix mantua troem
Hic nisi nemo fuit: nra qui carmine laudes
Altius extulerit: uatrem qui tollere sacra
Nititur: in uiles uisus ni mergat egestas.
Talibus obstupuit dictis aretinus et actis.
Collustrans oculus: dubius ne illuserit arte

Tyndaris

Achilles.

Aretinus

Aut ope peonia fuerit reuocatus ab orcho:
 Que fortuna uirum circumferat inscius heret.
 Obtutu spectans humeris herere Laertol.
 Membra simul uiuo penitus spirantia pulsu
 Minatur: quis te traxit casus ne deus ne
 Sedibus a stygiis nigroq; erumpere auerno
 Ad superos cum tot furiae iux acria ditis
 Gorgon: et horrendi custos sit cerberus antri:
 An superum iussu uenias ut iulserit arte
 Mentibus humanis fictoq; in corpore uultus
 Ostenses: quales tenuit dum uixerat ille
 Scipio. quem nuper uana mentiris in umbra:
 Saga phynceca tumulto mala carmina fraude
 Forte dedit: pelago rursus an telluris hyatu
 I procul ad manes stygios: acq; etbera iustra
 Spirantesq; uiros dum nos hic uita reseruat:
 Tum romanus ad hec: quanq; uolitare figuris
 Morte obita fama est: umbrasq; illudere uiuis:
 Ne turbare animo: neue exhorresce precantem
 Ad papam ingressus: neq; enim te ledere manes
 Velle: putet nros: suctus cum sepe labores
 Scipiadum legere: et memoranda repedere facta:

dis.

Gorgon

Cerberus

Scipio

Imperio magni uenio iouis, ille tenebras
Rupit, et estiguis supera ad conuexa leuauit:
Neq; iterum dedit humanis, et Luce potiri.
Quae te per lacrimas dudum quibus ora caducas
Fluxa uidet: superaq; poli quibus uteris auras,
Fortunamq; urbis, nri quae sola reductus
Causa fuit: tantoq; ausim tolerare labores:
Ante pedes sacri queso genitoris, et ora
Duc aretine: deos sic tu maioribus oro
Muneribus potiare patris: nam fata poli,
Et tua te uirtus merita ad maiora reseruat:
Duc iterum rogas, et sacrum me admittite parente.
Immeritumq; licet: patrios non ille refellit
Affatus: pia uota solet. Lacrimasq; precantum
Mollius accipere, et fessis succurrere rebus:
Cui caput ante alios ornet licet alta potestas.
Iam memini quondam imperio sublimis, et armis
Supplicibus sua iura dedi, faciliq; rogatu
Ante acies quamq; uictor: fortuna modestos
Esse aios iures regni, tumidosq; ruinas
Edocuit. sumisq; diu non fidere rebus:

Aretinus

Ille tamen uictus precibus, lacrimisq; rogante
 Romanum implicuit dextra: monuitq; uereri
 Pontificem: gratum est patriae spectar' parētem:
 Cui meriti uirtus aula est includere tantum:
 Ergo ut erat gemitu laceroq; in honore amictu,
 uente gorem casus tristisq; exordia facti
 Militis: illacrimans urbis miserabile fato.
 Ante patrem manibus supplex et poplite flexo
 Haud rudis eloqui sic ora trementia soluit.
 Quae magis indigni comedat gratia Luccus:

Duce uirum nicolae inopem qui numine romā
 Quante tuo extollis tantos miserate labores
 Solus et antiquas qui non dum despicias artes.
 Romanumq; decus: stigijs de sedibus utrus
 Ausus ego ad superos uastae telluris hyatu
 Rumpere: scipiadol eadem noscitur re postol
 Urbis h^t quondam tenuit que i tempora uitae
 Iam dudum infremuit tumidos de plebe rebelles
 Rumor apud manes patriae inleuisse parēti:
 Et uiolasse sacrum: penorum qualis ab armis
 Tempestas mihi uisa iterum: sic infera pugna

Diuus Nicolaus. V.

Extimuit romana acies: nos bella giganteum
Credidimus crepidi: uel hyulci fulminis iras:
Ob scelerum penas irataq; numina genti.
Hei ubi prisca fides tanto cur turbine miscent
Ocia mortales: finesq; egressa modesti
Libertas nimum rerumq; exauicta superbit:
Quid faciunt miseri: tibi cum caelestia parent.
Inferniq; sinus: ubi nunc uetus ille priorum
Virtutum fulgor: uetus illic roma quiescat,
Robur: et arma uiram: nequeunt mansuescerē tm
Reliquis sordescq; hominum: quos undiq; fluxū
Confecit populos extrema in tempora uulgus:
Hos ne uiuat seuire: iterum q; moenia rursus
Exeruis: et romam si qua est insignibus ornas.
Extollisq; opibus: pacemq; impendis: et annum
Lentis exortem bellis: unde aurea fulget
Roma: et congestis opibus cumulata trūphat:
Reddere preceptos iterum dignatus honores,
Et cūile decus: census augere paternos
Omnibus: et maior rerum data copia templis.
His quancq; aspirent felicibus omnia fatis:

Tu tamen excelsa moderantius utere sorte:
 Imperiūq; manu meritis excellere malis,
 Et pietate alios que sola in principe uirtus
 E minet exemplum cum sis pietatis et auctor:
 Ante omnes decet esse pium monitusq; supnos
 Fortius accipere: acq; ipsi non parcere uitae
 Si iubeat pietas: populorum uita salusq;
 In te omnis: cuiusq; humeris incumberet orbis
 Nilibus e tantis cum factus ab ethere dignus:
 Nec tibi si totis genitum pia cura superni
 Instituit populis: ergo reminiscere quando
 Gentibus esse caput: mundoq; impendere leges
 Siderei meritis recludere limina celi:
 Indignata uiris exposcere numina pacem:
 Tunc deus aspexit mundum: eum dulce ferenti
 Pondus eras matri: tunc arrisere corusca
 Numina cuncta poli et patriae spes aucta latine
 Cum tu maiores adolebas dignus in amos.
 Acq; ingens uirtus meritos spectaret honores:
 Surgere iam poterat neglecta et squalida roma:
 Et ueteres haurire animos: maiorq; uideri.
 Tum quoq; cōmuni felix adollescere sorte.

Cum melior per te longe sibi redditur orbis
Ante tuos ortus miserandum et flebile numen
Roma fuit tandem triplices letata per omnes
Te surgente gradus tribuit quos ipsa meretur
Ante alias ueniam: populos spectata per omnes
Sacra diu nominaq; tuum templumq; dicabit
Gentibus: hic tot us romae letabitur orbis:
Sis pater ergo memor patriae telluris amate
Numinibus cineres ubi tot tumulantur et ossa
Pontificum sacroq; hominum perfusa cruore
Vndiq; terra rubet: fidei manet alta supernae
Hic pia religio uerum caput urbis et omne
Imperii decus et petricui sanguine primus
Partus honos templi coeloq; infusa potestas:
Ergo iterum alericem mundi pater aspice terram.
Imperat ille deis fortunae et rebus et astris
Qui sibi nec patitur mentis sordescere lumen
Vimq; animi: imponit qui frena libidini et irae
Ille quidem felix princeps et celsior omni
Imperio: et ppis opibus quoq; maior et armis
Haec postq; effatus subito uelut umbra recessit
Spiritus ad manes corpusq; reliquit urna:

petrus

29
Ac ueluti ignitas si quando per ethera sursum

Incenti aspiciamus noctu uolitare fauilla:

Ignem micant tenui mox nulla in corpora lapsa

Deficiunt. subito aspectu soluuntur in auras.

A ut ubi quam sidus uulgus putat ignea currit

Rima polo celeri raptu se condit in astris.

finit Secundus.

Enus aurea natum aberrantem deplorat afflic-
tum. quem terras ac celum specularata nusq̃
comperit. inquisitores omnes esse uult. his
premia facis digna pollicetur. monstranti ba-
siolum spondet. reducenti natum se dat quo
Lubet modo potiri. Elegiam hanc ab se editam
iubet esse pro uadimonio: tantis igitur premiis
cum adhortetur unumquēq; erit operis pretium
inquirere. Ludibundus ille quo lateat. Tu qui
ueneris desiderio ac lacrimis indulges diligent
si queritas. dignus eris tanto munere.

Venus aurea.

Flete meo si qua est meriti tibi gratia casus.
Quos ueneris tangunt cordolium et lacrimę:
Hei mihi quando meum totum specularata porbē,
Perdiderim natum: perdiderimq; animam.
Quo calet igne uenus, cessit mea cura cupido:
Et secum uires deliciasq; tulit.

Nate simul tecum totis resoluta medullis
 Gaudia quanta dedi gaudia quanta tuli:
 Molliculis quotiens uenerem condire solebas
 Sauolis: quando dulcia furta dabam.
 Nate meae uires et deliciosa uoluptas
 Te sine deficio: te sine luce oculi:
 Heu q̄ carueral. suctus collude & mām̄is
 Et mihi lasciuo lambere dentes genas:
 Quanta leues inter fletus et gaudia carphi
 Basia cum gemitu murmura trita dabas:
 Ipsa tuos tremulo solabar carmine luctus:
 Heu ueneris nemo condolet ad lacrimas:
 Q̄ facile irrepens cum posceret ora somnus
 Spargebam teneas ipsa per ora rosas:
 Dulce meum solatiolum. uitaeq; uoluptas
 Quo lactus animae longa alimenta meae:
 Induiget si quis misere mihi reddat alumnū
 Sive uir. inuidia siue sit ille deus:
 Hunc quicumq; mihi seu uir seu femina fiat
 Duxerit an uenerem cuncta licere sinam:
 Qua lateat. uel qui tantum patefecerit oram:
 Illi ego pro meritis spondeo basiolum.

Prospice ne incassum statui tibi dona labores:
Quis poterunt ipsos sollicitare deos:
Ne ueroculos fallat nati uolitantis imago:
Signa feram, quo sit notior ille tibi
Incedit nudus, puer, et sine lumine uultus.
Purpureas tenuis uentilat aura comas:
Dependet phætra ex humeris, quibus addidit alas
Ipse pater, manibus ignea tela gerit.
Ne prope his raptis cum celum intorsit arcu.
Hec spectes teneri quanta sit ira dei:
Multi etiam fortes sensere cupidinis ictus.
Sepe dedit marti uulnera, sepe ioui:
Ah quotiens miseris uana spe lusit amantes,
Et desperatis uota secunda dedit:
Blandiri assuetus si fellis amarior haustu
Plena uenenose pectora fraudis habet:
Sepe iubet simulare, et lasciuire puellas.
Inter amatores officiumque negat:
Saltem si qua mihi uiolentior aura fugacem
Restituat, possum cetera damna pati
Ni reducem miserę dederint pia numina nati
Spectabit paucos uix mea uita dies.)

Oratius Nichodemo felicitatem. Hic est qui
 abstrahere seruitio prouinciam. et liberam nob
 uiuendi dulcedinem parere potest. itaq; resi
 stere his furoribus et si maxima laude dignū
 sit. eo magis excitari debet. qđ si neglexerit
 non modo reliqui temporis gloriam eripi uerū
 etiam sibi preteritam euanescere sinet. Nihil
 enim per se altum acq; magnificum. nisi quod
 omnium iudicio ratio fecerit excellens. Verum
 qua neminem decet magis italice libertatis
 defensorem esse. uel gloria rerum gestarum.
 uel felicitate quam omnium mortalium p̄mus
 in potestate habet. uel studio acq; efflagitatione
 omnium. scripsi breuiter carmina haec tanti
 principis magnitudinem excitatura. quae si
 Libera acq; honesta iudicaueris. per humani
 tatem tuam. et principis fortunam q̄so ad illū
 destinare non graueris. quod si secus tuum
 iudicium fuerit uel ea combures Vale.

Ad Illu. principem. d. Franciscum fort.
Ducem mediolani.


d.

iue uirum lapsura italif qui regna tuerif.
Quo duce fulgorem cesaris orbis habet.
Effluxat patriae res maiorumq; triumphos
Aspice. uel lygourum gloria quanta iacet.
Rex ferus insultat latio q̄ credere durum.
Asciuit uenetos in sua uota pares.
O scelus indignum. tantō cum crimine sedul
In caput est icturn terra latina tuum.
Alma uiris felixq; opibus cui contigit orbis
Imperium. fieri barbara preda queat.
Cui fortuna potest patriae miscenda uideri.
Si te non pietas ad pia bella mouet.
Causa tua est tantum. tu iustius uiduis arma
Non erit hoc belli si pietatis opus.
Pro patria spondent pugnancibus ethera diuif.
Cetera sunt meritis inferiora suis.
Quando laude magis dignos sperare triumphos.
Aut poterit uirtus promeruisse magis.


An ne alium patensq; te dare iura latinis.
 A leterius domito surgat ut orbe caput.
 Sicut nulla mouet tantorum fama laborum.
 At patriae pietas te meminisse iubet.
 Imperium tanto questum sanguine et armis
 Fiet ab externis preda ferenda lupis.
 Rex conet ipse licet strepitusq; exterruet orbē.
 Diripiunt tantas uentus et aura minas.
 Aragonum quid scorta times uenetiq; calones.
 In quibus aut nullus uel sine Marte calor.
 Te tantum haud alios deponunt sidera regem.
 Hoc itale gentes et pia cura deum.
 Roma etiam quauis merens reminiscitur euum.
 Quo nimium superis uis superba fuit.
 Tolle moras ausis ingentibus ardua uirtus
 prestat opem. fortes forsque deusq; iuuat.
 Ante acies quis te tulerit cum marcius ardor
 Rupere ante tuas cum fera bella dabis.
 Vos ne hostes belli fulgur uos martis alumnū
 Fulmineum nepidi stabitis ante uirum.


Dat vires dextrae maiors dū porrigit ictus
Dumq; regit turmas flaua minerua regit:
Illa duces bello claros. aciesq; tuetur:
Illa viros fortes. anguigerumq; genus:
Italiae illustris cum te uictoria regem
Fecerit: et tantis iura dabis populis:
Ad sua restitues coelum quod temperat omne:
Vndiq; quassatum pontificale decus:
Tum tibi uictrices ornabunt tempora frondes:
Et referent titulos ille uel ille tuos:
Tunc ego et ingenium, et quicquid mea cœmina possit,
In laudes italum, stirpigenumq; dabo.


Finit.




1. The first part of the book is a
preliminary chapter on the
history of the subject. It
describes the progress of
the science from its
early days to the present
time. It also mentions the
names of the principal
writers on the subject.
The second part of the book
is a treatise on the
principles of the subject.
It is divided into three
books. The first book
contains the general
principles. The second
book contains the
particular principles.
The third book contains
the application of the
principles to practice.








Die neue Librum eruff in auefrone S. Allegondina
No. 12 12 Arnoldus Buchellius Zataurus





5 M